









13
 16
 ———
 28
 13
 ———
 208

Sydelou fran. M. Lano

Per Genoves e' la Biblioteca de S.

... 7² ...

SAGRATISSIMA

DEIPANE VIRGINI MARIAE DE LA ...

DICATVS

CYMBLVS INDICE VNO ALLEGORICO

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, which is mostly illegible due to fading and bleed-through.

Handwritten numbers and symbols, possibly a calculation or list, including a horizontal line and a vertical line.



Handwritten text in the middle section of the page, appearing as a single line of writing.

Handwritten text at the bottom of the page, possibly a signature or a concluding line.

ALLEGATIONVM I V R I S

IN QVIBVS QVAM
PLVRES QVÆSTIONES SVMMÆ
NECESSARIÆ IN SVPRÆMÆ HISPANIARVM
CVRIÆ TRIBVNALIBVS DISCEPTATÆ AD
PRAXIM VSVMQVE FORENSEM
SPECTANTES ENVCLEANTVR.

OPVS NOVVM, ET DIV VALDE DESIDERATVM;
nullus enim exprimarijs Curia Aduocatis antecessoribus
lucubrationes suas Typis mandari
curavit.

A V C T O R E

NOBILI DOCT. D. PETRO DIEZ DE RIBADENEYRA NOGVEROL
Ocaniensi, è Mantua Carpentana Oriundo, & in Patriæ originis Suprema
Hispaniarum Curia Aduocato Primario, & in Senatu Sanctæ, & Generalis
Inquisitionis causarum Fidei Pauperum, & Carceratorum Patrono, &
Capitulorum, & Assemblearum Sancti Ioannis Hiero-
solymitani Assessore.



SACRATISSIMÆ
DEIPARÆ VIRGINI MARIE DE LA SOLEDAD
D I C A T V S.

CVM DVPLICI INDICE, VNO ALLEGATIONVM, ALTERO
Verborum, & Rerum notabilium.

CVM FACVLTATE,
MATRITI, Ex Typographia Regia. Anno 1656.

ALLEGATIONVM

IVRS

IN QVIBVS QVAM

PLVRES QVÆSTIONES SVMMÆ

NECESSARIÆ IN SVPEREMPHISIANARVM

CVRIÆ TRIBVNALIBVS DISCEPTATÆ AD

PRAXIM VSVMQVE FORENSEM

SPECTANTES ENVCLEANTVR.

OPVS NOVVM, ET DIV VALDE DESIDERATVM;

Nullus enim exprimatjs Curis Advocatis antecessoribus

lucubraciones suas Typis mandari

curavit.

AVCTORE

NOBILI DOCT. D. PETRO DIEZ DE RIBADENEYRA NOGVERO

Ocanienti, è Mantua Carpentaria Orundo, & in Paris originis Supremis

Hispaniarum Curis Advocato Primario, & in Senatu Sanctæ, & Generalis

Inductionis curiam Fidei Paderum, & Carceratorum Patono, &

Capitulorum, & Assemblarum sancti Iohannis Hiero-

solytani Assessor.



SACRATISSIMÆ

DEIPARÆ VIRGINI MARIÆ DE LA SOLEDAD

DICATA.

CVM DVPLICI INDICE, VNO ALLEGATIONVM, ALTERO

Vetborum, & Rerum notabilium.

CVM FACVLTATE.

MATRITI, Ex Typographia Regia. Anno 1676.

Suma de la Licencia.

YO Francisco Espadaña, Escriuano de Camara del Rey nuestro Señor, vno de los que residen en su Consejo, certifico que por los Señores del se diò licencia à Manuel Lopez, mercader de libros desta Corte, para imprimir por vna vez el libro intitulado, *Allegationum Iuris*, compuesto por el Lic. D. Pedro Diez de Noguero, que otras vezes ha sido impresso, de que ante los dichos Señores se hizo presentacion; con tanto, que la dicha impressio se haga conforme el original, que queda rubricado cada plana de mi rubrica, y firmado al fin de mi nombre, como mas largamente cõsta de su original, à que me refiero. Y para que dello conste di la presente en Madrid à 11. dias del mes de Nouiembre de 1655.

Francisco Espadaña.

E R R A T A S.

Pag. 14. column. 1. placita, lege placito. Pag. 23. column. 1. institui, lege instituit. Pag. 39. col. 1. litigante, legs litiganta. Pag. 40. column. 1. anterio, lege anterior. Pag. 53. col. 2. tenentes, lege tenentes. Pag. 54. col. 1. Neapplitan, lege Neapolitan. Pag. 215. col. 2. fideiusso, lege fideiusio. Pag. 216. col. 1. exactationem, lege exactionem. Pag. 225. col. 1. inquam, lege iniquam. Pag. 228. col. 1. poterit, lege poterit. Pag. 233. col. 2. quæsite, lege quæstra. Pag. 442. col. 1. fin, lege sint. Page. 452. col. 1. dubitari, lege dubitandi. Pag. 469. col. 1. paupercula, lege Paupercula.

His liber inscriptus, *Allegationum Iuris*, Tomus Primus, demptis his mendis suo exemplari antea excusso fideliter respondet. Dat. Matrit. die 8. mens. Iulij ann. 1656.

*Lic. D. Carolus Murcia
de la Llana.*

Suma de la Tassa.

YO Francisco Espadaña, Escriuano de Camara del Rey nuestro Señor, vno de los que residen en su Consejo, certifico, y doy fee, que por los Señores del, se tassò vn libro intitulado, *Allegationum Iuris*, compuesto por el Licenciado Don Pedro Diaz Noguero, que con licencia de los dichos Señores fue impresso, cada pliego del dicho libro à cinco maravedis, y el qual tiene ciento y setenta y tres pliegos con principios, y tablas, que monta veinte y cinco reales y quinze maravedis, y à este precio mandaron se venda, y no mas en papel, y esta se ponga al principio de cada libro. Y para que dello conste doy esta fee en Madrid à 11. de Iulio de 1656. años.

Francisco Espadaña:

CENSURA D. AVGVSTINI BARBOSÆ V. I. D. PROTONOTARII, & Iudicis Apostolici designati pro Nuntiatura Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaraniensis Thesaurarij maioris.

EX Commissione D. Licentiati Laurentij de Iturrizarra, huius opidi Matritensis Vicarij Generalis vidi, & attentè perlegi tomum primum *Allegationum Juris*, Auctore Lic. D. Petro Diez Noguero, huius Curia Primario, & integerrimo Aduocato, in quo opere doctissimæ ac practicæ consultationes omnibus ferè in vtroque Iure versantibus pernecessariæ continentur: in eoque nil Fidei Catholicæ, orthodoxæque doctrinæ, aut bonis moribus contrarium inueni. Ideò ad communem Curialium Aduocatorum, aliorumque Iuriconsultorum utilitatem typis mandari posse censeo. In quorum fidem, &c. Datum Matriti die 16. Augusti 1639.

Doctor Augustinus Barbosa.

Licencia del Ordinario.

NOs el Licenciado Lorenço de Iturrizarra, Vicario General de la Villa de Madrid, y su Partido, &c. Por la presente hemos hecho ver el libro intitulado *Allegationum Juris* por el Doctor Don Pedro Diez Noguero, y no ay en el cosa contra la Fè, y buenas costumbres, y asi por lo que à Nos toca se puede imprimir. Dada en Madrid, 20. de Agosto de 1639.

Licen. Lorenço de Iturrizarra.

Por su mandado
Juan Perogila Notario.

CENSURA D. LICEN. D. FRANCISCI DE LOS HEBREOS, quondam in hac Curia Aduocati Primarij, & nunc in Supremo Belli Consilio Fiscii Meritissimi Patroni, qui de mandato Supremi Consilij hunc librum examinavit.

EX commissione Supremi Castellæ Senatus vidi, & diligenter perlegi librum hunc, cui titulus *Allegationum Juris tomus primus*, editum & elaboratum per egregium & nobilem Doctorem D. Petrum Diez de Ribadeneyra Noguero, in hac Suprema Hispaniarum Curia Aduocatum Primarium, & Iuriconsultorum nostri temporis facile Principem, & tam ob eminentiam Authoris, variæque vtriusque Iuris quæstiones mirificè illustratas, & summa eruditione decidas, quam ob nouitatem operis, magnumque laborem in notorium Reipublicæ literariæ commodum impensum, censeo licentiam postulatam à Regio Consilio concedi debere, vt ex huius libri editione maxima utilitas iudicibus, & in foro versantibus resultet. Dat. Matriti die 9. mensis Septembris anni millesimi sexcentissimi trigesimali.

Licen. D. Franciscus de los
Herberos.

LICENT. HIERONYMI DE MOYA, IN SVPREMIS
Tribunalibus Aduocati.

AD AVCTHOREM.

Fædisdimam ingratitude notam euitare non possem, si tibi, cui omnia debeo (O Doct̃or Eruditissime) aliquod affectus mei pignus non sacrarem, non quia sperem tam leui, & exiguo dono, tantum, & tale Mecenatis & Magistri officium remunerari; sed ne diu animum meum laceret, & premat, frequens beneficiorum, quæ in me contulisti, commemoratio, vt enim ait Seneca: *Beneficij inter duos hæc est lex, alter statim obliuisci debet dati, alter accepti nunquam.* Cùm ergo tu eorum sis tam immemor, non possum ego non pleno ore ea referre, summas tibi gratias ago, quòd omnis Hispaniæ desiderio morem gerens, aliquem studiorum tuorum, quæ tanta ac tam illustria sunt, fructum nobis communicare volueris, iustissimè enim modestia tua amicorum precibus vita euasit: nam *latet sub otio*, teste Casiodoro *lib. 4. laudabilis fortitudo, & dum se probandi non habet spatium, occulta est lex tota meritorum.* Tua ergo in hoc aureo opere manifestata simul cum immortalitate nominis, magna præmia tibi paritura confido. Interim vale in summam iuris & literatorum vtilitatem.

D. DIDACVS BOLERO ET CAXAL V.I.P. ET IN SVPREMIS
Hispaniæ Tribunalibus practicæ Iurisprudentiæ Consultor,
& causarum Patronus.

IN LAVDEM

D.D. PETRI DIEZ NOGVEROL AVCTORIS, SANGVINE
& literis pariter conspicui, sibi que multis ex titulis venerandi.

AD LECTOREM.

EN, Erudite Lector, gratulaturus Hispaniæ nostræ, imò vniuerso literarum orbi adsum, extitisse post tot sæcula quæquam, cui felici sorte datum sit arcana Iuris nostri patefacere, & omnium penè, qui in hoc agone insudarunt, vel titubantia vestigia sistere, vel errantes & lubricos passus intra orbitam reducere, præcipitæque manifestare, in quæ maiorum gentium interpretes incauti inciderunt, & in quæ alij quotidie nihilò magis prudentiores authoribus suis, auide ruunt, est enim velut fatale nobis in priorum errores impingere.

Sicut grex totus in agris

Vnius scabiæ cadit, & porrigine porci,

Vbæque conspecta liuorem ducit ab vba.

Sed en clarissimum lumen, quo hæc tenebræ pelluntur; en Mercurium, qui intento digito veræ viæ admonet, qui auia saxa, & inaccessas ripas faciles ostendit, vt hoc vno libro lacinosos recessus, & difficultia Iurisprudentiæ itinera compendio, ac sine labore exanthlare possis. Quis vnquam mortaliù tantù animo cogitauit facinus, quantù re & opera consecutù videro? Alius fortasse magnù putauit ex infinitis interpretum lapsis vnũ, vel aliũ ob oculos ponere, vel in eo studium & vires ingenij sui exeruit, vt hunc vel illũ non sanum Iuriscōsultorum nostrorum centonẽ restitueret; alius vt nouitate aliqua discussa iam interpretaretur, vel

vt multitudine authoritatum vtiliter legentibus succurreret; alius vt iudicio vndequaque sparsa colligerat, & vel obuios nodos maiori cura solueret, vel singularia, & vix possibilia minori fructu, sed nō minori ingenio acquireret; alius denique, vt theorica & Iuris apices anxie scrutaretur, vel practica, magno Reipublicæ cōmodo dilucida methodo exponeret. Sed hi in vna re occupati vix scopū tetigere, & vt finē assequuti sint, laudem potius quā admirationem merentur. Verū is, qui postquam arduum & difficile literarum curriculum absoluit, & vastum Iurisprudentiæ pelagus tot labores, & lucubrationes minans, tot procellis & periculis expositum, fœlici aura tranauit, & Aduocationis munus summo cum honore mirificè per sex lustra indefesso labore exercuit. Omnia hæc, aureo hoc libro complectitur, & ex aliorum sermijis selecta quæque in suos deriuat vltus.

Floriferis vt apes in saltibus omnia libant.

Ad vsum forensem ea referens, quod in scientia summū est. Quintilian. *lib. 12. c. 6.* asserēte: *Et herclè quantūlibet secreta sua a cōsulerint; est tamē proprius quidā fori profectus alia lux, alia verifacies, plusque si separet, vltus sine doctrina quā citra vsum doctrina valeat.* Qui floribus non vt plerique ad aspectum, vel odorem, sed quod est eximium, vt medicus ad sanitatē vtitur, qui ex tenuibus & vbiq̄ defectis filis purpuram hanc texit, vt ei illud Lucilli cōueniat.

Sarcinatorum esse iuniorum, suere centonem optimè.

Quæ ad eō est sua, vt illud Horatij possit verissimè adfirmare.

*Libera per vacuum posui vestigia Princeps,
Non aliena meo pressi pede.*

Qui denique præstantissimos aliarum partium, vel vincit vel æquat, & in quocūque genere prælij cum fortissimo cōpositus superiorem, non parē se præstat, cum clarissimis ex omni memoria viris, quos scripta sua ab omnibus admirata, & summis laudibus ad cœlū elata æternos fecerunt, nominis gloria, & immortalitate præcellat. Is mihi præter solitum dignus laudibus, dignus immodicis acclamationibus, dignus omnium admiratione & veneratione videtur, vt non immeritō de D. D. Petro Diez Noguero l'vsurpare possimus quod de Stilicone Claudianus cecinit.

*Quæ sparguntur in omnes,
In te mista fluunt, & quæ diuisa beatos
Efficiunt, collecta tenes.*

Est enim, fatente inuidia; harum literarum Princeps, & eminent inter omnes.

*Velut altus Olympi
Vertex, qui spatio ventos, nubesque relinquit.*

Gratulemur inuicem nobis, qui illum Iurisprudentiæ legitimū possessorem, & beneficie largitorem videmus *inigne moestis præsidium reis.* Quibus contingit, eo duce, ad Astræa penetrabilia intromitti, vt illius sacris, lætis auspicijs operentur, quo authore mysteriosa Iuris Sacra hucusque nō hominū silētio, vt cista Cereris, sed infœlici ignoratione tacita referata sunt. Huic ergo pro tāto beneficio omnes qui docti audiūt, quique inter eos infirmari cupiunt, ex animo plaudant. Ego etsi cerō sciam nullibi gentiū vbi Themidis Sacræ religiosum numē innotuit, illius nomen latere, nec tanti viri eruditionē, ac omnibus numeris completam doctrinam notore egere, non potui quin in hoc communi gaudio exilirem, & in publica causa saltim priuatos affectus ostenderē, sed imō me ad hæc obsequia aliæ necessitudinis vrgent, quod eū vt Patronū, vt Magistrum semper agnoui, quod quos pueros, puerosque iustitiæ latices hucusque libaui, & hoc quidquid est lumē, quo Iurisprudentiā illustrare nitor, illi Oceano illi soli debeo. Malui ergo cū Aufonio in me audaciā, quā maleuolentiam reprehendi, securus nemini grauem gratitudinē hanc futurā, imō sciens recta iudicia quosdā nimis sciolos spretura, qui plusquā censoria seueritate, hoc anteloquiū meum vt minimè necessariū sugillabunt. Equidē fateor, si non affectus mei & obseruantia pignus hæc adlocutio esset, in casū me niti, intra hos pauperes styli carceres, & tenuis vocis repagula tāti viri meritisima elogia cōcludere, vt vel huic labori cessisset Oratorū Latinus Hercules Cicero. *Satius enim est, vt ait Sallust. silere, quā pauca tenuitur & ieiunè dicere.* Sed nec minor vanitas notio rem facere notissimum, quia vt sunt verba Imperat. *superfluum est priuatū testimoniū vbi publica, monumenta sufficiunt.* Nam etsi hucusque Doctor noster nihil prælo mādauit, præter ea scripta, quæ ex more in omnibus ferè causis instruēdo iudici deferuūt, & à patronis sigillatim publicā lucē accipiūt, nomē eius, quod terrarum orbem viuaci fama & scientiæ gloria impleuit, vbiq̄ notū & decantatum. *Qua sol habitabilis illustrat oras.* nullius laudibus crescit, aut vituperatione minuitur, vt de Marone olim Macrobius scripsit. Monumentū ergo hoc, qualequale, Beneuole Lector, mihi ne inuide. Nā Taciti monitis adquiescens, dū ait: *Vnū in fatiabiliter parandū, prosperā tui memoriam, nam contemptu fame contemni virtutes,* hoc veluti Minervæ clypeo meū nomen insculpi, satius quā cereis aut ferreis laminis ducō, *viuiturū, vt ait Seneca, quādiu fuerit aliquis literis honos, quādiu steterit Latina lingua potētia,* si vt spero, nunquam huius de mortalitate, & obliuione triumphantis curram deseruero. Vale.

EPIGRAMMA.

Noscere si cupias, Lector, discrimina legum,
 Hunc sedulo librum perlege, doctus eris.
 Si vis iuris aquas percurrere tramine recto,
 Fac, placidam Zephyrus dirigat iste viam.
 Hic disces leges, & quid decreta nefasque
 Fas que sit, instituant, ut tueare reos.
 Iustitie verus reddit tibi iura sacerdos,
 Et referat Themidis abdita templa Dea.
 Aspicias ut fuluum doctrinae verberet aurum,
 Et nitidum toto mittat in Orbe iubar.
 Ambrosiæ æternis Pallas, hoc prouida Succis,
 Et liquido Phæbus nectare sparsit opus.
 Ergo pro meritis cur non hoc nomen adornem,
 Nitimeam decori Dedecus esse suo?
 Quippè viri ingenium, & tanta scientia Iuris
 Augeri nullo Laudis honore potest.
 Sola manet virtus, sola est in sæcla superstes,
 Hæc erit in multos continuata dies.
 Petrus enim fama cupidus post fata, relinquit
 Responso hæc vlla non peritura die.
 Onos fœlicis, queis fas audire canentis,
 Quod magnum dulci numen ab ore fluit;
 Plaudite in obsequium, linguis animisque fauete,
 Et tanti ante oculos, viuat imago viri.
 Non opus hoc mordax ausit violare vetustas,
 Inuidus amoueat tetra venena furor.
 Perge honor Hesperia, patriæ radiabile lumen,
 Bellerophontei tu decus omne chori.
 Prosequere, & doctos cæpto pede perfice gressus
 Dum fama viuis, non sine labe taces.
 Rex magnus, iudexque grauis, primusque Senatus
 Spero, dabit meritis premia digna tuis.

DOMINO D. PETRO DIEZ NOGVEROL ERUDITISSIMO,
& eximio Iuriconsulto, Licentiatus Paulus de Victoria apud Regia
Consilia causarum Patronus.

S. P. D.

Hoc opus, hic labor, hic liber est, quem nemo unquam satis laudare poterit. Audent plures calanum solvere, præda ex præda sine prælijs imbuere, fora implere disceptationibus, controuersijs, consilijs, in rebus sæpè publicis ac priuatis non ambigua fata causarum dirimentibus (vt par erat) sed iudices & causidicos inutiliter, & vano pondere onerantibus, in quibus nihil miuus quàm aliquid, quod literarum studium commendare, lenire, augere, & impensas referre possit; sed inane & vacuum inuenitur. Dolent plerique hæc ita hac nostra tempestate indies robur & incrementum à consuetudine accipere, vt cum eminus libros, statim pœnitentiam colamus. Hæc discrimina, repulsam hanc, hoc conuicium (*Petre charissime, imò clarissime nobilitate, comitate, facundia, & omnigena eruditionis impellebili consicue*) non tua vota & consilia patientur; sunt enim summa cura, singulari ingenij acie, ita feliciter lucubrata, ita tua auctoritate condecorata, & eo splendore & venustate prædita, vt ab omnibus probari, & in maximo honore haberi opus sit. Prodeunt in lucis vsuram cunctis officiosa, apud maximos egregia, ex toto integra, vt Magistratus re&ia iudicia doceant, vt Aduocatis in similibus causis certaminum victoriam præstent: Agnoscant omnes te libros non in apparatu, sed in vsu, & amicitia habuisse, & in foro non gratia, non existimatione, non gradu, sed iure vicisse. Ago tibi Aduocatorum Conuentus nomine maximas gratias, quod hæc monumenta (quæ tibi præstantiam peperere) in nostræ Hispaniæ decus & ornamentum, & commune beneficium contuleris, & typis excudenda permissis; fac vt reliqua videamus, & debeamus. Viue diuissimè, & vtinam merita tua vt nunc causarum Patronum eximium prædicant, te nobis in Senatu integerrimum Iudicem præstent. Vale.

Auctor ad Lectorem.

Non semel (ò Lector) mecum reputaui, quæ potuerit esse causa, cur tam docti, & eruditi viri, vt fuerunt eximij Iuriconsulti, & celeberrimi Aduocati antecessores nostri, post tot labores in aduocationis exercitio feliciter exanthlato, ex quibus perfecti, & consummati in omni scientiarum genere euaserunt, nullum opus pro sui nominis immortalitate, & utilitate nostra nobis reliquerint, & meherclè nulla potuit alia esse ratio, nisi quod negotiorum mole oppressi, quorum tanta est copia in supremis huius Curia Tribunalibus, nullum tempus eis ad hoc vacauerit, quod verè possumus omnes dolore. Quæ cogitatio non parum me impulit, vt studiorum meorum, quibus totum à paucis annis me dicaui, aliquem fructum colligerem, in publicumque proferrem. Sed non potui huic tam iusto desiderio acquiescere iisdem negotijs, & occupationibus semper intentus. Attamen vt aliquantulum menti meæ assentirem, cum ob hanc rationem tractatum aliquem peculiarem disponere non possem: duxi aliquas ex meis allegationibus in methodum reducere, & in gratiam aduocatorum in lucem edere. Quadraginta tibi nunc offero grato animo; accipe ergo hilari vultu, & si tibi placuerint, & necessaria, aut conducibilia duxeris, eis frui, sin minus, quæ tibi displicuerint, corrige, & adnota, non enim erubescimus testor cum Imperatore in *Authentico de nuptus in principio*, si quid melius etiam horum, quæ prius ipsi diximus, adinuerimus, præcipue cum a Cicerone addiderim, quod *optimus, & grauisimus qui que confitetur se multa ignorare, & multa sibi etiam atque etiam esse dicenda*. Illud solum ad monitum velim, quod cum inter nos cognationem quandam natura constituerit, hominem homini insidiari nefas esse. Viue diu, & vale.

ELEN-

E L E N C H V S

A L L E G A T I O N V M , H V I V S

L I B R I .

Allegatio 1. *In aliquibus*, pag. 2.

- I Hypotheca tacita non inducitur nisi in casibus à iure expressis.
- II Successor maioratus non habet bona libera antecessoris hypothecata pro exactione deteriorationum in bonis maioratus contingentium, omissione, vel culpa antecessoris.
- III Gaspar Antonius Thesaurus lib. 2. qq. forensium quæst. 84. rejicitur.
- IV Enumeratur aliqui casus, in quibus hypotheca tacita non inducitur ex veriori opinione, quamvis aliqua probabilitas adesset pro ea inducenda.
- V Reprobantur aliqui DD. qui ex suo capite in aliquibus casibus tacitam hypothecam introducunt.

Allegatio 2. *In causa pendente*, pag. 15.

- I Nouum additamentum quando non dicitur, ad hoc ut à sententia reuisionis possit supplicari.
- II Maioratus possessor virtute Regiæ facultatis potest censum super eo imponere, eo pacto ut redditus in argentea moneta soluantur, & in hoc fines facultatis non excedit.
- III Soluens per plures annos æream monetam loco argenteæ non præscribit libertatem soluendi deinceps monetam argenteam, nisi 30. annorum spatium sit elapsum contra particularem, & contra Ecclesiam 40.
- IV Exigens monetam æream non censetur remisisse præmium argenteæ, & illud potest petere.
- V Successor maioratus tenetur soluere redditus decursos tempore antecessoris, etiam si illius non sit hæres.

Allegatio 3. *Ardua, nec non difficilis*, pag. 32.

- I Ecclesia, seu clericus, aut persona Ecclesiastica, an possit pro annuo reddito imposto super bonis ab eis possessis coram iudice sæculari conueniri.
- II Quando cum hypotheca speciali adest pactum de non alienando, potest tertius possessor via executiua conueniri, absque processu, & citatione.

Allegatio 4. *Marchionisa de Villena*, pag. 35.

- I Pactum, & submissio facta à defuncto, qua se submisit curiæ prætoribus, & iudicibus, transit in hæredem.
- II Via executiua competens contra defunctum, habet locum contra filium meliorem etiam quod melioratio sit vinculata.
- III Creditor institutoris maioratus potest ad exactionem crediti bona libera, vel vinculata eligere.
- IV Legis 21. Tauri materia latè explicatur.

Allegatio 5. *In presenti casu*, pag. 44.

- I Officium concessum intelligitur cum salario antecessoris, etiam si nihil in titulo dicatur.
- II Quod de plano procedit, quando concessio est cum salarijs antecessoris.
- III Princeps non potest iura & stipendia officialium minuere, præcipue quando concessio officij processit ex contractu.
- IV Ad taxationem salarij officialis quæ consideranda sint.

Allegatio 6. *Tempore ingressus*, pag. 50.

- I Renuntiatio filie ingressæ Monasterium an comprehendat hæreditatem parenta viuentium.
- II Intellectus Concilij Tridentini sess. 25. cap. 16. de regul.
- III Lætio in consideretur in ingrediēte Monasterium respectu hæreditatum renuntiarum, si illæ opulentæ sint, & dos modica constituatur.
- IV Implémenti defectus an vitiet renuntiationem.
- V Mora præstatione alimentorum quando purgetur.

Allegatio 7. *Præterit comes*, pag. 61.

- I Reuocatoria cõpetit primo creditori, quando solutio fuit facta posteriori creditori sub fideiussione de restituendo prioribus, & anterioribus.
- II Idè est quando soluitur de iudicis mandato.
- III Vel quando soluitur sine priorum præiudicio.

ELENCHVS.

- IV Resempta ex pecunia dotali, quando efficiatur dotalis.
- V Depositum vt releuet, debet esse solemne, & integrum.
- VI Debitor quantitatis debet ad eius restitutionem cum debito interesse condemnari, præcipuè quando est in mala fide.
- VII Sententia in via executiua prolata contra creditorem, ei non præiudicat in via ordinaria.

Allegatio 8. *In controuersia agitata*, pag. 71.

- I Officialis absens, vel suspensus ab officio amittit directus, & emolumenta illius.
- II Gubernator, vel substitutus in officio, lucratur omnia emolumenta ad officium spectantia.
- III Proprietarius restitutus ad officium ex gratia, vel iustitia, non recuperat prædicta emolumenta à substituto exacta.

Allegatio 9. *Super Maioratu*, pag. 77.

- I Mandatum ab vxore marito datum ad instituentum maioratum, operatur illius institutionem, si maritus eo non utatur.
- II Filius naturalis, vel ab eo descendens, nõ potest succedere in maioratu instituto virtute Regiæ facultatis.
- III Lex 33. Taur. hodie l. 7. tit. 4. lib. 5. Recop. declaratur.
- IV Commissarius non potest alterare maioratum à se institutum.
- V Legis 35. Taur. intellectus.
- VI Legis 34. Tauri innodatio.
- VII Commissarius non potest testamentum à committente factum reuocare.
- VIII Commissarius non potest virtute mādati ad instituentum maioratum sibi concessi excludere consanguineos mādantis, proprios vocando.

Allegatio 10. *Intendit Carolus*, pag. 89.

- I Simulatio contractus probatur coniecturis, & præsumptionibus.
- II Ponderantur viginti coniecturæ simulationem contractus (de quo in allegatione) arguentes.
- III Cambiũ quomodò possit exerceri tam de iure communi, quàm ex more proprio Pij V.
- IV Pactum assecurans capitalia, & interesse cambiorum, quando sit licitum.
- V In vna instantia non possunt partes, nisi semel ad probationem admitti.
- VI Scriptura priuata post terminum producta, si ab aduersario negetur, aut redarguatur, non debet super comprobatione producens admitti ad probationem.

- VII Decreta prouisionalia lite pendente expedita, non possunt regulatiter ante sententiam reuocari.

Allegatio 11. *Vertebatur causa*, pag. 120.

- I Confessio emanans ex instrumento inter Titium & Scium celebrato, quod Sempronius est creditor certæ summæ, illi non prodest.
- II Doctrina Bartoli in l. admonendi, ff. de iur. iur. num. 32. explicatur.
- III Confessio relatiua ad certum instrumentum non probat, nisi quatenus in eo continetur.
- IV L. Modestinus, ff. de solution. cum materia latè explicatur.
- V Fiscus in re, habita fide de pretio vendita, præfertur creditoribus anterioribus euentis, etiam non habens specialem hypothecam.
- VI Mutuus pro conseruatione banchi, aut alterius negotiationis, præfertur creditoribus illius in effectibus, & bonis banchi, aut negotiationis.
- VII L. interdum, & l. huius, ff. qui potiores, explicantur.
- VIII Quando contractus fit pro persona nominanda, nominatione facta, acquiritur nominato ius independens à nominante, & illius oneribus non tenetur.
- IX Quæsitum à socio occasione societatis, & sua industria, careris socijs non communicatur.
- X L. 3. ff. ad l. falcid. explicatur.
- XI Creditores socij, licet anteriores, non præferuntur creditoribus societatis in bonis illius.
- XII Interesse alterius interesse quando debeat.

Allegatio 12. *Magna fuit*, pag. 141.

- I Sententia condemnatoria in causis criminalibus prolata in alio Regno, non probat in hoc.
- II Contumax verus, aut fictus, quis dicatur.
- III Minor non potest constitui in contumacia.
- IV Ei competit in integrum restitutio contra quamlibet contumaciam veram, vel fictam.
- V Sententia confiscationis bonorum est stricti iuris, & ex ea non potest inferri plus quàm dicit.
- VI Confiscatio bonorum ex causa indignitatis non potest sequi absque præiudiciali cognitione super crimine.
- VII Forensis non potest puniri à Tribunalibus Hispaniæ pro delictis alibi commissis.

ELENCHVS.

missis, & potest declinatoriam opponere.

- VIII Forum non sortitur quis in loco, vbi habet maiorem partem bonorum, nisi ibi assidue conuersetur.
- IX L. 2. C. vbi Senatores, vel clarissimi, interpretatur
- X Clausula priuilegij Regij iuris (vulgo *ju-ro*) quod non possit confiscari pro aliquo delicto præter excepta, debet obseruari.
- XI Præscriptio in criminalibus currit contra fiscum absque spe restitutionis, etiam data mala fide delinquentis.
- XII Causa indemnitate per Fiscum debet probari.
- XIII Respondetur præsumptionibus, & cõiecturis per Fiscum ponderatis
- XIV Sunt termini diuersi, esse quem indignum, vel incapax: nã indignus querit bona ipso iure, quæ ab eo Fiscus auferit ratione indignitatis: incapax verò nihil acquirit, & ita successores præferuntur Fisco.

Allegatio 13. *Quando*, pag. 169.

- I Indignitas, vel incapax occidentis institutum, non nocet coheredibus, nec substitutis.
- II Plura de indemnitate ob inultam necesse defuncti.
- III Statutum exclusiuum fœminarum non extenditur ad bona sita extra territorium.
- IV Iura Regalia super Regijs redditibus, & gabellis Hispaniæ, reputantur tanquam bona Hispaniæ existentia.

Allegatio 14. *Præsens ventilatur*, pag. 175.

- I Permissio alienandi, in donatione reseruatã, quomodo intelligatur.
- II Donatio irreuocabilis bonorum, quæ tẽpore mortis remanserint, non prohibet donatorem de rebus suis disponere.
- III Authentica contra cum rogatus, C. ad Treb. explicatur.
- IV Donator, cui rerum donatarum alienationis facultas permisa est pro suis necessitatibus, quando possit ea vti.
- V L. fin. § Lucius, ff. de donat. declaratur.
- VI Creditor ex causa onerosa posterior, præfertur donatario anteriori.
- VII Donatio ob causam quando dicatur.
- VIII Ius Regiũ per nouam venditionem expeditam (provt Hispaniæ moris est) transit in emptorem liberum ab hypothecis, & oneribus venditoris.

Allegatio 15. *Hæc causa ventilatur*, pag. 192.

- I Literæ executoriales à Regio Consilio emanatæ loquentes cum omnibus iudicibus, eos non faciunt delegatos, & ideo executio earum peti debet coram iudice competenti rei.
- II L. cum apud Sempronium, ff. iudicat. solui, cum materia latè explicatur.
- III Res iudicata obtenta à coitreo debendi, prodest cæteris correis.

Allegatio 16. *Difensio huius cause*, pag. 199.

- I Partita bancharia, quæ dicatur.
- II Fideiussores banchi tenentur pro omnibus contractibus cum eo gestis, cuiuscumque sint nature, si fideiussio amplius verbis sit concepta.
- III Contractus ante fallimentum gesti, quãdo validi sint.
- IV Differentia, quæ versatur inter dationẽ schedulæ banchariæ pro soluto, vel pro soluendo.
- V Transcriptio partitæ banchariæ, non citato creditore, nulla est.
- VI Transactio non extenditur ultra res, super quibus erat controuersia.
- VII L. fide certa, C. de transact. explicatur.
- VIII Fisco in suis contractibus semper debentur vsuræ.

Allegatio 17. *Causa vertitur*, pag. 214.

- I Viduæ debentur vsuræ dotis retardatæ.
- II Et pro eis competit hypotheca cum antelatione dotis.
- III Nec censentur remissæ per receptionẽ fortis principalis.
- IV Vxor habet fundatam intentionem ad exactionem arrharum ex instrumento promissionis, maxime si pro valore bonorum mariti extet coniectura.

Allegatio 18. *D. Didacus*, pag. 221.

- I Pretium soli, & situs domorum qualiter probetur.
- II Compulsus vendere rem suam pro publica utilitate debet pretiũ iustũ accipere in pecunia numerata, & quælibet læsio, etiam intra dimidiam, refarcienda est.
- III Res iudicata condemnans ad contractũ celebrandum, non impedit quominus contra eum læsio, & alia remedia competentia allegentur.
- IV Materia l. curabit, C. de action. empt. explicatur.
- V Fiscus tenetur redditus recompensari, sol

E L E N C H V S.

soluere, & in hoc priuilegiatus non reperitur.

Allegatio 19. Sententia, pag. 236.

- I Fructus, & emolumenta officij vitalitij debent restitui, quia eius proprietatis in fructibus consistit.
- II Sententia super falsitate instrumenti prolata contra notarium, præiudicat parti ad litem citatæ.
- III Res maioratus non possunt alienari etiã ex causa maioris utilitatis.
- IV Quæsitæ per hæredem occasione hæreditatis, hæreditati adquiruntur.
- V Officium quæsitum per patrem, est hæreditarium, & potest in eo filijs præiudicare.
- VI Clericus hæres laici ligatur, instantia cœpta cum defuncto.
- VII Pro re illi adiudicata in concursu creditorum potest conueniri clericus coram iudice sæculari, & in alijs casibus hic decisus.

Allegatio 20. Marchio de Cusano, pag. 255.

- I Dominium rei emptæ in publica subhastatione in emptorem non transfertur ex sola addictione, nisi sequuta traditione.
- II Emptum ex pecunia aliena quãdo adquiretur ementi, vel domino pecuniæ.
- III Quid quando emens est mædatarius domini pecuniæ.
- IV Creditores ementis in hoc casu nullum ius, aut hypothecam habent in re emptæ in præiudicium veri domini.
- V L. res ex mandato l. si procurator, ff. de acquir. rer. domin. conciliantur, & eorum materia latè enodatur.
- VI Thesaurarius diues post administrationem effectus, non præsumitur ditatus ex ea.
- VII Thesaurarius potest cum pecunijs domini negotiari.
- VIII Venditio in dubio non præsumitur simulata.
- IX Maximè quando pro ea sunt adminicula, & coniecturæ.

Allegatio 21. Præstendunt fideiussores, pag. 277.

- I Fideiussores administratoris nominati ab œconomio, vel depositario portorij, nõ tenentur pro administratis post locationem ex consensu, & patientiã conductorum.
- II L. item quæritur, §. qui impleto, ff. locati l. si eum Hermes, C. codè explicantur.
- III Calculatio facta cum administratore nõ potest exequi contra fideiussores sine

nouo processu.

Allegatio 22. In dubium: reuocari, pag. 283.

- I Census licitè potest constitui ex pecunia antea verè debita.
- II Remissio hypothecæ sub conditione facta rescinditur defecta conditione, sed si remissio fiat sub modo.
- III Licet census cuius hypothecis resoluitur, & emptor possit sortem repetere, hoc non procedit, si cuius in aliquibus sequatur, & in alijs creditori consuli possit.
- IV Promissio addendi hypothecas intelligitur in quantũ fuerit necessarium pro securitate creditoris, & si eius non interfit, promissio impleti non debet.
- V Resolutio contractus voluntariè facta, tertio non præiudicat.
- VI Doctrina Bartol. in l. in diem, ff. de aqua pluuiæ arceda, declaratur.
- VII In via executiua non potest tituli replicatio opponi, nec de ipsius nullitate agi.

Allegatio 23. Valdè controuersa, pag. 293.

- I Legitimati per subsequens matrimonium succedunt in maioratibus, in quibus legitimi vocantur.
- II Tota materia ad quatuor casus reducitur.
- III Et in ultimo, qui nouiter in Regio Senatu accidit, quãdo vocantur filij & descendentes legitimi, & de legitimo matrimonio nati, & procreati, & non legitimati, latè probatur legitimatum succedere.
- IV Matrimonium non dicitur clandestinũ, quando ab Episcopo in monitionibus dispensatum est.
- V Impedimentum contra matrimonium contrahendum opponens, debet illud explicare.
- VI Incestus debet clarè, & euidenter probari ad annullandum matrimonium.
- VII Quasi possessio legitimatis sufficit ad obtinendum in remedium tenuræ.
- VIII Legitimus per subsequens matrimonium, debet in possessionem bonorum mitti.
- IX Descendentibus per lineam masculinã vocatis, non succedunt fœminæ, nec masculi ex eis descendentes.
- X Vocatio ad maioratum ex causa matrimonij contrahendi, illo non sequuto euanescit.

Allegatio 24. Prima allegatio, pag. 314.

- I Plurima circa eandem quæstionem de legi-

E L E N C H V S.

gitimato per subsequens matrimonium ponderantur.

- II Et Doctoribus contrariam opinionem tenentibus respondetur.
- III Ignorantia impedimenti inter coniuges operatur legitimacionem prolis.
- IV Cap. cum inhibito, §. 1. de clandestina desponsatione declaratur.

Allegatio 25. Intendit Dominica, pag. 334.

- I Inmissio debet dari petenti ex antiquo fideicommissio aduersus eam, qui eam intendit ex moderno, ab ultimo possessore instituto.
- II Filiatio naturalis quomodo probetur.
- III Filius naturalis ex l. 27. Taur. succedit post descendentes legitimos, exclusis transversalibus legitimis vocatis.
- IV Et hoc casu substitutiones contra formam legis factæ, ad eam reducuntur.
- V Res iudicata obtenta aduersus eum, qui tenentem petit bonorum maiorum, qui tenentem quod sint libera, et non præiudicat in iudicio adipiscendæ, ex remedio l. fin. C. de edict. Diui Adrian. & l. Soræ.

Allegatio 26. Plura notabilia, pag. 371.

- I Ecclesia succedit Episcopo defuncto.
- II Monachi quando possint esse testes pro Monasterio.
- III Contrarietas testium eos repellit.
- IV Materiali scripturas, C. qui potior. declaratur.
- V In ciuilibus suspicio falsitatis habetur pro falsitate.
- VI Episcopus regularis quærit Ecclesiæ Donum rerum emparum, & in Ecclesiæ præiudicium non potest de eis disponere.
- VII Respondetur pluribus oppositionibus, quæ in contrarium fiunt.
- VIII Quando quis dicatur constitutus in infirmitate, vel in mortis articulo.
- IX Donationes factæ à Prælatibus in infirmitate reprobantur.
- X Pij IV. constitutio circa donationes ab Episcopo faciendas, explicatur.
- XI Schemata Regia anni 1620. edita super spolijs Episcoporum Indianum, declaratur.
- XII Regula de infirmis resignantibus applicatur Episcoporum donationibus.
- XIII Petitorium quando simul cum possessore determinari debeat.
- XIII Cap. 1. de rest. spoliar. declaratur.
- XV Clementina 2. de causa possessionis, & proprietatis explicatur.
- XVI Suspendio petitorij quando non admittatur.

- XVII Ecclesiæ quæritur possessio bonorum acquiritorum ab Episcopo.
- XVIII Ad hoc ut ex actu nullo acquiratur possessio, requiritur vera traditio.
- XIX Fautor Ecclesiæ in hoc ponderatur.

Allegatio 27. Præcedenti quæstioni, pag. 413.

- I Confessio facta inter contrahentes ad fauorem tertij absentis, illi non prodest.
24 Potest etiam allegari pro hac opinione Ferentil. *in addit. ad Barat. decis. 257. num. 22. vers. Verum hæc limitatio, vbi ex alijs probat, tunc dari pro legatis hypothecam in bonis hæredis, cum fideicommissum non agnouit, nec inuentarium fecit, sed simpliciter hæreditatem adiuit, & tunc hæc hypotheca est similis ei, quæ datur pro legatis in bonis testatoris, ex l. 1. C. commun. delegat. quæ est ad instar personalis, & omnes creditores, etiã personales præferuntur legatarijs, atque ita Rot. & DD. citati à Ferentilio sunt in opinione, quòd factum hæredis etiam dolosum, circa bona hæreditaria, non operatur hypothecam in proprijs bonis, in præiudicium suorum creditorum anteriorum.*

25 Atque ita de hac opinione negante tacitam hypothecam in bonis possessoris maioratus pro deteriorationibus, vel bonis consumptis, dubitari non potest.

26 Quæ euidentior apparebit sigillatim respondendo fundamentis Thesauri, & Doctorum qui eum sequuntur.

27 Ad quod aduerto, quòd Senatus Pedemontanus, vt ipse Thesaurus refert, *d. q. 84. lib. 2. in principio, causam in secunda instantia nondum deciderat, sed tantum in prima, & quòd lis pendebat in gradu supplicationis, et si prosequuta fuisset, sententia prima, absque dubio reuocaretur attenda debilitate fundamentorum quibus nitetur.*

28 Aduerto etiam, quòd Thesaurus *d. q. 84. in principio, plura fundamenta contra hypothecam adducit, quibus non satisfacit, quia sunt inuincibilia.*

29 Hoc supposito Thesaurus *ibi num. 5. adducit pro primo suæ opinionis fundamento, quòd fideicommissarius tenetur administrare bona fideicommissi benè, & fideliter, & eorundem rationem reddere successoribus, ex quo infert, bona propria ipsius fideicommissarii esse tacite obligata in fauorem successoris.*

30 Quæ illatio, & consequentia ridicula est, nullo enim iure probatur, quòd generaliter obligatus reddere rationem, bona sua tacite hypothecæ subiecta habeat, & Causalcanus, quem Thesaurus pro sua opinione allegat *in tractatu de tutore num. 177. seu nu. 187. & num. 225. solum agit de hypotheca tacita competenti minori in bonis tutoris pro mala administratione, ex text. expresso in l. pro officio, C. de admin. tut. qui cum contineat ius singulare fauore minorum, ad alios casus extendendus non est, & in specie respondendo Thesaurus tradit Cæcer. tom. 1. c. 2. n. 09. & 110. in 2. edit.*

31 Et in terminis, quòd in bonis administratoris societatis non competat hypotheca tacita, sed actio personalis pro socio, benè cõprobat Menochius *consil. 851. n. 44. 45. & 46. lib. 9. & alij apud Ciriac. tom. 2. contr. 282. n. 26.*

32 In bonis negotiorum gestoribus idem tradit Molfes. *in summa Theologiae moralis tom. 2. tractatu 12. c. 18. de pignori. n. 91. & 92. ibi, Est questio, si in negotiorum gestore procedat tacita hypotheca, vt bona ipsius sint tacite hypothecata domino mercium, & negatiua opinio est verior, quia hoc inuenitur expressum in iure, & authoritates relatæ d. n. 27. procedunt in tutore, & curatore, quia lex talem hypothecam introduxit in beneficium minorum, & rursus ipse Author n. 92. ibi: Hoc procedere non potest in negotiorum gestore, quia licet de iure teneatur reddere rationem villificationis suæ, & reliquatum soluere, l. 2. §. sane, ff. de negot. gest. & alibi sæpè. Hoc tamen procedit in omni administratore, qui aliena negotia gerit, vt ibidem habetur, & in l. 1. §. officij, ff. de tutel. & rationib. distrah. Roman. Dec Socin. & alij, quos probant Rota Genuens. decis. 24. 80. 81. 163. & alibi, Escobar de Ratiocinijs cap. 3. & alij: nihilominus non adest annexa hypotheca huic rationi reddendæ, quia in iure non inuenitur expressum.*

33 Eandem cõclusionem probat Thasc. *tom. 1. lit. A. concl. 207. num. 1. & 3. & aliqua dicit tom. 4. lit. H. concl. 118.*

34 Et quamuis Franciscus Niger Ciriacus *tom. 2. controu. controu. 282. n. 20. tentauerit dicere, Bald. in l. 1. §. officio, ff. de tutel. & ration. distrah. sub n. 2. vers. Idem in quolibet administratore, sensisse bona cuiuslibet administratoris esse tacite hypothecata pro administratione, Bald. de hypotheca nullum verbu: solum dicit ex decis. illius, §. officio, quòd tutor debet cõficere librum rationum, & pupillo reddere, finita tutela, sic vt supra de administ. tutor l. Lucius, §. tutela, & statim infert, quòd idè est in quo*

libet alio administratore, ut in l. fin. §. inter caetera, ff. de liberat. leg. & alijs iuribus ibi allegatis, atque ita nil mirum quod, si pro vtrâque conclusione sunt decisiones legales, Baldus eas approbauerit, atque ita Niger loco citato num. 26. cum Menoch. & alijs DD. agnoscit, nullam hypothecam tacitam competere contra bona administratoris, citans ad id alios Doctores, præter Menoch. dict. consil. 851. num. 46.

35 Quibus addo, esse ab omni ratione alienum, similia de administratoribus adducere contra possessorem maioratus, cum ipse non sit administrator, sed dominus bonorum, vita sua durante, ut per Molin. lib. 1. cap. 19. per totum Castill. tom. 1. de usufruct. cap. 5. num. 3. plures DD. citantes.

36 Secundo, Thesaurus dict. quest. 84. n. 7. 8. & 9. citat pro introducenda sua hypotheca, l. cum oportet, §. fin. C. de bon. quæ liber. & quod ibi notat Bald. num. 2. concordando d. §. fin. cum §. non autem hypothecam, eiusdem legis, quod patre dolosè administrante bona aduentitia filiorum, contrahitur tacita hypotheca in proprijs bonis, ex quo infert Thesaur. eandem tacitam hypothecam induci in quolibet doloso administratore.

37 Hoc argumentum ex sola relatione conuincitur, siquidem nititur particulari, & speciali priuilegio, introducto à Iustiniano, fauore filiorum, quod non potest ad alium similem casum extendi ex vulgaribus.

38 Et quod sit speciale fauore filiorum, probatur ad literam in d. l. cum oportet, §. fin. ibi: Sed cum tacitas hypothecas, tam veteres leges, in quibusdam certis casibus introduxerunt, quam nos in maternis cæterisque donationibus, quas seruare necesse est.

39 Et iuxta communem intelligentiam ipsius text. dolus patris in administratione aduentitiorum, operatur hypothecam, ut tradit Bart. & Bald. in d. §. fin. Salicet. num. 3. Corn. num. 3. Gama decis. 331 in causa hypothecaria, num. 2. Valasc. de partition. cap. 18. num. 35. & 36 Mantie. de tacit. conuent. lib. 11. tit. 16. num. 19. vers. Quod verò pertinet, Thuscus liter. A. conclus. 207. num. 3. Costa de retrotract. cap. 8. casu 31 num. 18. Castil. decis. Sicilia 221. num. 4. & seqq. part. 3.

40 Atque ita cessante dolo in administratione patris, cessat hypotheca, licet administratio sit culposa, ut per Socin. cons. 34. num. 16. & 17. lib. 1. Thusc. d. conclus. 207. num. 4. Mantieca d. tit. 16. num. 19. vers. Si culpa ei non possit imputari, Castil. d. decis. 221. num. 4. & 5 part. 3.

41 Nec tacita hypotheca inducitur etiam ex dolosa patris administratione, si pater bona filiorum tanquam hæres, & existimans ad se pertinere, administrauerit, ut per Surd. decis. 271. num. 12. quem refert, & sequitur Barbat.

super pragmat. assistentia, glos. 12. num. 9. vers. Limita tamen.

42 Et præter casum d. l. cum oportet, §. final. C. de bon. quæ liber. nunquam ex dolo inducitur hypotheca, nec potest actio de dolo contra tertium exerceri, l. sed et si ex dolo, §. in hac actione, ff. de dolo, vbi notat Bart. num. 2. glos. in l. & eleganter, verb. Si in hoc ipso, ff. de dolo, l. si procurator la 2. ff. de doli mali, & metus except. l. 1. C. si vendito pignore agatur, Bolognet. in rubric. de reb. credit num. 29. Medicis de casibus fortuitis quest. 10. num. 43. Chartar. decis. 75. ex num. 15. Fontanel. de pact. nuptial. lib. 1. tom. 1. claus. 4. glos. 28. num. 13. Et ad hoc, ut actio de dolo competat contra tertium, requiritur non solum, quod alienatio sit dolosa, sed etiam, quod tertius sit particeps doli, Magon. decis. Florent. 102. num. 20. Marra de success. legal. part. 4. quest. 12. art. 7. num. 10. & facit doctrina Bart. in l. sicuti, §. illud videamus, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur, num. 1. & ibi Salicet. num. 4. vers. Ex istis, Fanus de pignor. 6. part. membro 3. nu. 31. vers. Decimò fallit, dum resoluunt, quod remissio hypothecæ facta cum qualitate modali, etiam si per dolum non impleatur modus, tertio non præiudicat, in quem fuit facta alienatio, & ferè in terminis, ita respondet Cancer lib. 1. var. d. cap. 2. n. 104. paulò post principium.

43 Quod confirmatur ex traditis per Viuium decis. 451. pro defensione presentis causæ, num. 6. & per totam, lib. 3. vbi latè probat bona furis, non esse tacitè hypothecata, pro furti restitutione, reddens rationem num. 7. quod hypotheca, quæ nulla lege expressa extat, non debet induci ex Doctorum interpretatione, imò ad destruendam huiusmodi tacitam hypothecam, seu legalem, sufficit dicere illam nullo iure probari, sequitur Mantie. de tacit. conuent. lib. 11. tit. 14. num. 9. 10. & 11. vbi respondet DD. contrarium tenentibus, Barbat. dict. glos. 12. num. 39.

44 Idem procedit in bonis vsurarij, quia licet sit criminofus, & debeat vsuras restituere, nulla pro earum restitutione competit hypotheca in bonis proprijs, quia hoc, iure cautum non reperitur, ut tradit Ioannes Andreas in cap. 2. de vsuris lib. 6. Couarr. lib. 3. variar. cap. 3. num. 6. Mantie. d. lib. 11. tit. 12. num. 12. Gama decis. 271. egit actor, Antonius Fernandez Villagut. de vsuris, quest. 32. Cencio de cæsisibus 3. part. cap. 2. numer. 23. & 24. Nouarius ad pragmat. Neapolit. collect. 230. num. 12. vbi dicit, ita in praxi obseruari, Rota per Farin. decis. 177. num. 2. part. 1. in posth. Salas tract. 3. de vsur. difficult. 41. pag. 292. Noalis casu 28. num. 38. & seqq.

45 Ex quibus patet, quod si delictum aut culpa hypothecam introduceret, nulla maior posset considerari, quam in fure & vsurario, & prædicti interpretes insequendo regulam, non ad.

admittunt similem tacitam hypothecam, quia in iure disposita non est.

46 Et Doctores tenentes, quod in bonis furis inducatur hypotheca, loquuntur contra notoria principia, vel debent intelligi, quando res furata, vel per vsuram quaesita, extat in consumpta, & reperitur in corua bonis: si vero non extat, & agitur pro exactione poenae, seu damni, omnes creditores hypothecarii anteriores praeferendi sunt, quia pro delicto nulla contrahitur hypotheca, nisi a die sententiae, *l. si quis post, C. de bonis proscript.* vbi notat Cyn. *in fin.* Bald. *num. 4. vers. Quart* Cynus, Angelus *sub num. 4. vers. Restat ergo videre, Salicet. sub numer. 9. versic. Sed tunc reuocari potest in dubium,* & cum pluribus Farinac. *in praxi, quae est. 25. num. 193. Surd. de aliment. titul. 8. privileg. 35. num. 6. Guazin. de confiscat. bonor. concl. 22. num. 5. Garonus ad constitut. Mediolan. tom. 1. decad. 1. cap. 9. num. 8. & 9. pag. 187. Cauall. cēt. tur. 3. casu 295. num. 46. Ciriac. tom. 1. contro. vers. 120. num. 8.*

47 Et etiam quod sint creditores personales, vt est text. *in l. vnica, C. poenis fiscalibus creditor. pr. ferris lib. 10. l. rescriptum, ff. de pactis. l. quod placuit. l. non possum, ff. de iure fisci,* Cauallus *vbi proximè num. 56. & 57. Regens Constantius in d. l. vnica, C. poenis fiscalibus, nu. 56. pag. mihi 64. Santarel. de heresi cap. 23. dub. 3. num. 10. & 11. Guazin. de confiscat. bonor. conclus. 23. per totam.*

48 Et Cauallus *ibidem 57. & 58.* hoc ampliat etiam si extet statutum, inducens hypothecam ad fauorem fisci, a die commissi criminis.

49 Atque ita mirandum est, quod Franciscus Niger Ciriacus *cōtrouerf. tom. 2. contro. vers. 282. per totam,* conatus fuerit defendere tacitam hypothecam competere in bonis haredis, seu fideicommissarii, pro mala bonorum administratione, extante dolo, vt *ibi ex num. 27.* citando easdem doctrinas, quibus in hoc puncto innitur *Thesaurus,* cum in contrarium sit verior, & communior opinio, vt ipse agnoscit *num. 26.* dicens, bona administratoris non esse tacite hypothecata pro administratione, & pro contraria resolutione mouetur alijs leuibis fundamentis, quae ex iam dictis euitari possunt. Et est notandum, quod Author praedictus, in fine cuiusque controuersiae, refert euentum causae, & in fine illius 282. nihil dicit, forsitan, quia Senatus Mantuanus, contra assertam tacitam hypothecam sententiam protulit, & ipse Author *contro. vers. 384. numer. 53. & 54.* agnoscit, hypothecam tacitam non induci, nisi in certis casibus a iure expressis.

50 Eodem modo reprehendendus est Peregrinus *conf. 38. nu. 8. 10. vsque ad fin. vol. 6.* qui, eisdem leuibis motus fundamentis, resoluit, hypothecam tacitam induci in bonis administratoris pro dolosa administratione.

51 Necnon etiam, ex eadem ratione reijciendus verit. Gratianus, *tom. 5. cap. 935.* vbi idem dicit in procuratore doloso bona Domini consumente, vel subripiente: & similiter Gaius *de credito, in appendice ad cap. 4. num. 135.* qui, sola relatione Peregrini, & Gratiani, coram opinionem sequitur, & Nouarius *in tract. de incert. & malè ablat. priuilegijs, priuilegio 49.* quatenus dicit, quod pro restitutione malè ablatorum, hypotheca tacita inducitur super bonis illius, qui res illas abstulit, & quod est cum praelatione.

52 Quod quidem sine iure, & ratione resoluit, cum nullum textum, nec doctrinam in terminis ad hoc citet, quia Doctores allegati *nu. 3.* loquuntur in tacita hypotheca in bonis tutoris, vel curatoris, quae expressa est in iure, per *l. pro officio, C. de administr. tutor. & in quantum n. 1. ad fin.* allegat pro sua opinione *cap. in literis de raptoribus cap. fin. & ibi glos. de sepul. tur. cap. si Episcopus in verbo reddantur 16. q. 6.* in his iuribus, nec vllum verbum de hypotheca dicitur, sed solum quod haeredes raptoris, incendiarij, & aliorum huiusmodi delinquentium, teneantur de bonis haereditarijs damna restituere, pro quantitate bonorum ad haeredes peruenientium, atque ita nullum priuilegium credito, ex furto, aut rapina prouenienti, datur.

53 Et in quantum Nouar. *dict. num. 3. versic. Et huiusmodi, & num. 4.* conatur probare, hanc hypothecam tacitam competere cum priuilegio, & praelatione, permanet in suo errore quia *Alex. conf. 58. num. 15. cum seqq. lib. 7.* (qui non est nisi *nu. 5. & 6.*) loquitur in valde diuersis terminis, nempe quando per statutum tribuitur priuilegium expressae hypothecae librationum particulari, & ita loquitur, & dicit, quod haec hypotheca habebit eundem effectum quem expressa, & praeferreretur hypothecae posteriori vxoris pro dote, Mantica *de tacit. con. uentionalib. lib. 11. titul. 11. numer. 7.* (quem etiam citat Nouar.) loquitur in eisdem terminis, sic explicans *Alexand. conf. 58* quando statutum dicit, non solum, quod hypotheca inducatur ex libris mercatorum, vt perinde habeatur, ac si ab eis esset constituta, sed quod operetur eundem effectum quem expressa: quod si id non dicat, nempe quod habeat eundem effectum quem expressa, Mantica *d. loco num. 6.* dicit, adhuc esse hypothecam tacitam, quia oculis non legitur, sed statutum introducit, & ita vxor posterior ex suo dotis priuilegio praeferreretur, quod quam alienum sit a conclusione firmata per Nouarium, nemo est qui non videat.

54 Et quoad resolutiones Peregrin. & Gratia. probantes, dolum argui in administratore, & procuratore occultantibus peconias, vel scripturas domini, & nolentibus restituere, & posse contra illos criminaliter procedi, aduertendum est, id solum habere locum, quando

dolo pecunias subriperunt, aut rationes cō-
turbant, & confundunt, iuxta tradita per Escobar de rarioc cap. 20. num. 1.

55 At verò quando solum prætenditur malè se gessisse procuratores in officio, expen-
dendo pecunias præter ordines constituen-
tium, tunc criminaliter nō tenentur, sed actio-
ne civili tutelæ, & mandati, conueniendi sunt,
l. 1. §. igitur in tutela, & in l. actione, & ibi gl.
verb. Quòd si iurandi, ff. de tutel. & rat. distrah.
l. tres tutores, & ibi glos. in verb. Conrectare,
ff. de administrat. tutor. Alber. in l. inficiendo n.
4. & 5. ff. de furt. & in individuo hoc latè pro-
bat Farinat. conf. 160. num. 1. cum seqq. & n. 7.
& 17. vsque ad finem, vol. 2. vbi loquitur in
Procuratore qui exegit pecunias domini, vir-
tute mandati, & nollebat eas restituere, & à do-
mino criminaliter accusabatur, quasi furtum
commisisset, & Farin. toto illo conf. 160. cum
defendit ab accusatione criminali.

56 Et ad tradita per Gaitum in quantum
sequitur Petegrinum, & Gratianum supra, res-
pondetur ex ipsius resolutione de credito, cap.
2. tit. 7. ex num. 2463. pag. 152. vbi nerbosè, &
validissimis fundamentis reprobatur Burlatum,
ex suo cap. dicentem, pro literis cambij com-
petere tacitam hypothecam, & numer. 2471.
2472. vsque ad 2477 in individuo dicit, tacitã
hypothecam in certis casibus inductam esse, in tit.
ff. & C. in quibus causis pignus, vel hypotheca
tacitè contrahatur, que non potest extendi ad
alios similes casus ex stylo notariorum aut tribu-
naliū, & citat Fabrum de erroribus pragmat.
decad. 1. errore 1. invehentem acriter contra si-
miles tacitas hypothecas inducentes, cuius re-
solutio mirè conuenit dictis, & dicendis in
hac 1. allegatione, Riccio part. 8. collect. 3304.
in principio, ibi: Quòd administrator aliena pe-
cunia, illam in suos vsus conuertens, furti non
tenetur.

57 Tertiò, Thesaurus dict. q. 84. num. 9.
vers. 2. allegat pro sua opinione, l. in causa la
1. §. fin. ff. de minorib. vbi si emptor rei mino-
ris eam alienat, & non est soluendo, datur mi-
nori in subsidium actio contra tertium emp-
torem pro rei recuperatione, & arguit The-
saurus, quòd eodem modo debet dari eadem
actio subsidiaria successori maioratus contra
tertium possessorem bonorum liberorum an-
tecessoris.

58 Quod argumentum debilissimum est,
& contra principia, quia si possessor maiora-
tus vendit aliqua bona ipsius, absque Regia fa-
cultate, possunt per successorem reuindicari
tanquam nulliter alienata, de quo est text. ex-
pressus in authentica contra cum rogatus, Cod. ad
Trebell. etsi nulliter emens vendit eandem rē
alteri, liberabitur à reuindicatione, quia con-
tra non possessorem non competit pro pre-
tione recepto, vt probatur in l. mater, C. de rei vin-
dicat. vbi notant Bart. Bald. & ceteri Autho-

res, Rota per Farinac. decis. 681. num. 7. part. 1.
in recentioribus.

59 Nec in actione hypothecaria pretium
succedit loco rei, glos. & Bart. in l. 1. ff. de di-
stract. pignorum, vbi dicit ita decisis Alexad.
conf. 108. viso processu. num. 5. lib. 5. Greg. in l.
27. tit. 13. part. 5. glos. 1. ad med. Carroc. de lo-
cato part. 5. titul. de inuestitura, quæst. 3. num.
25. pag. 228. atque ita dispositio dicte legis in
causa, §. fin. ff. de minor. non procederet contra
tertium emptorem, si rem alienasset.

60 Neque etiam procedit d. §. fin. quando
secundus emptor ignorasset læsionem primæ
venditionis, quia simul requiritur, & quòd pri-
mus emptor qui læsit maioratem non sit soluen-
do, & quòd secundus emptor sciuerit læsionē,
vt probatur in eodem text. ibi: Siquidem emp-
tor sequens scit rem ita gestam, & ita tradit Bal-
dus ibi num. 1. Pinelus in l. 2. C. de rescind. 2. par.
cap. 1. num. 34. atque ita vt simile ex d. §. fin.
deductum potuisset aliquantulum induci, re-
quirebatur quòd emptores bonorum libero-
rum possessoris maioratus, scirent venditorem
bona deteriorasse, & non esse soluendo, & tunc
non possent obtinere, quia restitutio in inte-
grum competens minori est in rem scripta, &
competit contra tertiam personam modo ex-
presso in d. §. fin. & successor maioratus solum
habet actionem personalem contra antecesso-
rem pro refectione bonorum, & non hypo-
thecariam, neque in rem scriptam.

61 Et in quantum intenditur ex æquitate,
l. si eum seruum, ff. de rebus credit. l. si mater, C.
de rei vindicat. posse successorem maioratus
bona antecessoris pœnes tertium existentia
auocare, nec etiam termini illorū iurium pos-
sunt huic quæstioni applicari, quia loquuntur
quando res pœnes tertium perempta est, & ille
pretium possidet ex causa lucratiua: non verò
quando possidet ex causa onerosa, vt tradit
glos. in d. l. mater, C. de rei vindicat. & ibi Cinius
num. 6. citans ad id, d. l. si eum seruum, Bart. nu.
7. Bald. num. 11. Castrenf. num. 6. vers. In glos.
lal. in d. l. si eum seruum super glos. verbo non
dicere Alberic. in l. fin. ff. de negot. gest. num. 2.
vers. Item quærit si rem meam, & num. 3. Rota
per Farinac. decis. 681. num. 7. part. 1. in recent.
Costa de remed. subsid. remed. 62. num. 7. & in
individuo, sic argumento Thesauri respondet
Cancer. lib. 1. cap. 2. num. 104. in secunda edi-
tione, ibi: Et licet recurrere vellet ad actionem
subsidiariam, dixi non posse ex quo tertius habet
causam onerosam, l. si eum seruum, ff. si cert. perat.
& quætrado lib. 3. resolut. cap. 20. de legat. nu.
370. 372.

62 Ex quibus reiiciendus venit Marta de
successione legali 4. part. quæst. 12. art. 7. num. 8.
vsque ad 18. pag. 182. vbi licet expressè repro-
bauerit num. 10. Thesaur. dict. quæst. 84. part. 2.
attamen dicit, bona hæredis fideicommissum
fraudantis esse affecta quadam affectione lega-
li,

li, cuius virtute tertius possessor potest conueniri pro deteriorationibus, nam hæc affectio legalis nullo iure comprobatur, siquidem solum competit actio personalis quæ non datur contra tertium, l. 1. §. si hæres percepto fundo ad Trebell. & in nostris terminis ponderat Cancr. allegat. cap. 2. num. 104. in princip.

63 Et simile adductum per Martam n. 14. dictæ legis Quoties, C. de donat. quæ jub modo, huic casui non applicatur, nam actio, quæ competit donatario pro consequenda re donata, est realis in rem scripta, quia rei donatæ dominium acquiritur donatario eueniente casu substitutionis, secundum veriorum opinionem de qua per Speculat. in tit. de emphyteus. quæst. 70 quem sequitur Dec. cons. 239. num. 8. & in l. traditionibus, C. de pact. num. 14. vbi dominium utile transit in secundum donatarium absque traditione, & proinde is vti in rem potest experiri actione: quam resolutionem sequitur Menoch. cons. 1153. num. 68. vsque ad 72. vol. 12. & plures DD. relati ab Antonino Amato res. ol. 12. num. 9. Cutell. decis. 5. num. 52. Luna Siculus cons. 7. num. 77. Merlin. larè disputans controuers. 60. num. 1. vers. Optime Speculator, qui ex num. 7. refert in hoc casu opinionem Anton. Fabr. de errorib. decad. 48. errore 8. vbi sequitur opinionem Speculatoris, & Decij. Licet non alleget ipsorum fundamenta, sed tantum, quod ita ex quadam benignitate Imperatores introduxerunt, quod etiã agnoscit Amato d. resolut. 12. num. 10.

64 Aliud simile ponderatum num. 16. destruit terminos quæstionis, siquidem Marta agnoscit actionem subsidiariam, de qua ibi non competere contra tertium possidentem ex causa onerosa, & sic concurret cum ponderatione, l. si mater, C. de rei vindicat. & legis si eum seruum ff. de rebus creditis de qua proximè nu. 61. & disputatio huius quæstionis semper contingit, vel quando successor maioratus actionem hypothecariam, intentat contra possessionem bonorum liberorum prædecessoris, ab eo alienatorum ex causa onerosa, vel quando post mortem possessoris concurrunt creditores hypothecarij ex causa onerosa in bonis liberis hæreditatis iacentis, contra quos opponit successor maioratus de sua prælatione, ob hypothecam tacitam inuentam à Thesauris, atque ita si vt probatum est, non competit hypotheca tacita, creditores hypothecarij absque dubio præferendi sunt, & eadem responsio accommodatur eidem Martæ cons. 66. quatenus per eadem fundamenta residet in dicta opinione.

65 Quando, Thesaurus d. g. 84. adducit pro fundamento suæ opinionis, tit. de his quæ in fraudem creditorum, qui nequaquam histerminis potest applicari, quia semper creditores contrahentes cum maioratus possessore sunt in bona fide, ignorantés deteriorationes, & vt

illius tituli regula locum habeat, requiritur quod alienatio fiat in fraudem, & animo defraudandi creditores, & quod emptor bonorum, fraudis particeps sit, l. qui autem, §. hoc adi. ff. quæ in fraudem credit. glos. in §. item si quis in fraudem, insinuat de actionibus, verbo in fraudem, & ibi Faber in princip. Angelus num. 2. lat. numer. 27. & cæteri Doctores, & in specie ita ponderat pro responsione Thesauri Cancr. d. cap. 2. num. 105. Martæ d. quæst. 12. art. 7. num. 17. vbi pro sua noua opinione tuenda dicit, quod extante fraude tam in alienante, quàm in emptore, potest ea actione personali conueniri. His additur, quod vt dictum est proximè, casus disceptationis ferè nunquam contingit in alienatione bonorum liberorum facta per possessorem maioratus, sed in debitis contractis super eis cum hypotheca expressa, & ita fraudandi animus ratio, vel nunquam comprobari potest.

66 Ex quibus omnino patet nouam opinionem Thesauri fundamentis iuridicis carere, & eam communiter esse reprobata, nec in iudicando, aut consulendo amplectendam.

67 Eadem responsio datur Marcio de Medicis inter decisiones Senenjes examinatione 23. num. 44. & in vers. Alius est casus, vbi dicit, Thesauri resolutionem non fundari, eo quod actio hypothecaria descendat ex testamento, vel fideicommissio, quia hoc esset contra legem tertiam, C. communia de legatis, sed quia prouenit, & nascitur ex mala administratione dicti hæredis, qui dicitur quasi contrahere cum collegatarijs & fideicommissarijs, & propterea remanet ipsis obligatus personaliter, & realiter ad bene administrandum, & citat ad hoc, l. mulier, §. si hæres ff. ad Trebell. l. fin. §. fin. ff. de legat. 2. Cephal. & Molin. locis de quibus ibi. Et mirandum est quod talia adducantur, cum in illis, nec vllum verbum de actione hypothecaria.

68 Barbatius super pragmaticam assistentiæ, glos. 12. num. 82. & 83. Riccius part. 8. collect. 3615. vers. Amplia secundo, pag. 231. solum referunt Thesaurum, & eius opinionem sequuntur absque disputatione, & materiæ intelligentia. Et Barbatius in vltima edit. sui tract. de assistentiæ, glos. 12. num. 232. pagin. 248. re melius considerata ab opinione Thesauri recedit sequens Hodiernam citatum supra num. 21. atque ita iste Author sequitur meam resolutionem, & aggregari debet cæteris DD. à me præ eadem allegatis.

69 Magis mirandum est, quod Micres 4. part. quæst. 39. num. 6. in 2. edit. non relato Thesauris dict. quæst. 84. eius opinionem probat: cum fundamenta, quæ ipse perpendit consistant in l. 1. C. commun. de legat. cum materia, quæ vt mox dicitur casui nostro non applicatur, & denique reiiciendus venit nouissimè, Cutelli in Codice legum Sicular. ad leges Mariani

in nota 61. num. 7. usque ad finem, pag. 600. vbi pridis refert decisum in Siculo, & Neapolit. Senatibus hypothecam non competere successori maioratus, quod confirmat nostram opinionem, sed statim desecit in contrariam sententiam, ex eo quod refert audiuisse ab aliquibus Dominis Supremi Senatus Castellæ contrarium fuisse decisum, & sic pro hypotheca ad fauorem successoris maioratus, solo vnicofundamento, quod possessor maioratus est administrator bonorum illius, & quod æquiperetur cæteris administratoribus, & quod sicut in eorum bonis datur hypotheca, pro mala administratione, ita debet competere in bonis possessoris maioratus, cui fundamento satis superque supra responsum remanet, & auctoritas Supremi Senatus potior est, & validior quocunque fundamento: sed per eundem Supremum Senatum, aliàs pro hac mea opinione iudicatum fuit, & quotidie audio Dominos Senatores dicere, nullam hypothecam tacitã posse admitti, nisi in casibus à iure expressis, atque ita quasi omnes Domini de consilio stant pro ista opinione, quæ proculdubio verior, & certior est.

70 Ex quibus concludendum intrepidè est, hanc inuentionem *Theauri* esse reiiciendam, & in iudicando, & consulendo contrariam esse resoluendum.

71 Et hoc manifestius apparebit, respondendo aliquibus nouis fundamentis ponderatis per aduocatos contrariæ partis pro confirmatione resolutionis *Theauri*, suspicantes non benè ex adductis ab eo confirmari.

72 Et primò dicunt, hanc hypothecam tacitam inductam fuisse in l. 1. *C. communia delegatis*, pro exigendis legatis & fideicommissis. Ex quo inferunt eandem dandam esse successori maioratus pro emendatione damnorum.

73 Cui fundamento satisfacit ipsa *lex* 1. dum hanc tacitam hypothecam introducit in bonis testatoris & non in bonis hæredis, vt patet ibi: *Sed etiam in rem, & hypothecariam extendere actionem in rebus quas à testatore consequutus est* Ex quibus verbis infert ibi *Bart. nu. 6.* quod hæc hypotheca non habet locum in bonis ipsius hæredis, *Angelus in princip. institut. delegat. n. 10. ad fin.* vbi dicit, hoc esse notabile, & quod cum esset *Doctor Nouellus* voluit contrarium praticare, & succubuit, *Negusant. de pignor. 2. p. membr. 4. num. 159.* *Mantic. de tacit. conuent. lib. 11. tit. 17. nu. 8.* *Surd. cons. 196 n. 25. lib. 2. Peregrin. de fideicommiss. à n. 45. n. 49.* *Viuius decis. 606. n. 11. & 31.* *Fusarius q. 611. num. 4.* *Statil. de Saluiano interdicto inspect. 3. cap. 4. nu. 274.* *Marta de succes. legat. part. 4. q. 18. art. 12. num. 115. & 116. pag. 321.* *Marcio de Medices examinat. 23. num. 42. & 43. vers. Sed excepto isto casu, pag. 295.* *Amato var. 2. p. resol. 81. n. 23. Addit. ad Burat. decis. 57. num. 22.*

74 Et hæc tacita hypotheca nouiter introducta fuit à *Iustiniano* in d. l. 1. *C. commun. delegat.* Quæ de iure Digestorū incognita erat, vt latè per *Martam d. art. 12. ex nu. 105.* *Thoro in compendio privilegiorum p. a. cause privilegio 267. vers. Quibus quidem datur facile responsum, pag. 147.*

75 Et licet testator pro solutione legati obliget bona hæredis, adhuc super eis non contrahitur hypotheca, vt per *Manticam dict. tit. 17. num. 8. vers. Quod sanè extenditur, Bolognetus in l. 1. ff. delegat. 1. num. 329* nisi hæres sic grauatus, non confecerit inuentarium, vel nisi testator aliquam rem hæredis specificè obliget pro solutione legati, vt per *Bolognetum, & Manticam locis citatis, & hoc casu dicit Mantica potius esse hanc hypothecam expressam, quàm tacitam.*

76 Et ex hac ratione, & limitatione assignata, l. 1. *C. commun. delegat* conuincitur hypothecam non competere in bonis testatoris pro fructibus rei legatæ debitæ ex mora hæredis, vt per *Surd. decis. 271.* *Franch. decis. 374. num. 11.* quod refert & sequitur *Molfes. in summa tom. 2. tract. 13. cap. 15. num. 114. pag. 267.* *Marc. de Medic. d. examinat. 23. nu. 48. & 49.* *Riccus part. 8. collectanea 3615. vers. Amplius 3. pag. 231.*

77 Nec etiam datur hypotheca tacita in bonis, quæ post mortem testatoris hereditati quaesita fuerunt, *Pacific. d. inspect. 3. c. 4. n. 206.*

78 Et in quantum glos in d. l. 1. *C. commun. delegat.* tradit, hærede per sex menses differenter legatum soluere, posse legatarios missionem in sua bona petere, non ex hoc inducitur hypotheca in proprijs bonis, vt declarant *Bart. & Paul. in dict. l. 1. Marta d. art. 12. num. 119. pag. 322.*

79 Supradictis mitè conuenit resolutio *Merlin. de legitim. lib. 5. tit. 5. quæst. 1. num. 3. & 4. pag. mihi 557.* vbi disputans, an filio pro consequenda legitima competat hypotheca in bonis patris, & resoluit pro negatiua, sicut, & resoluit pro negatiua, sicut, & resoluit *Gia-vagnon. conj. 2. in princip. vol. 2.* vbi arguit contra suam resolutionem dicens, quod si legatario competit tacita hypotheca in bonis testatoris, l. 1. *C. de commun. delegat.* à fortiori cū filius sit melioris conditionis, quàm legatarius, quia quodammodo dicitur creditor patris pro sua legitima, debebat ei cõpetere tacita hypotheca. Cui argumento ipse respondet n. 3. non procedere, cum nulla lex tribuat hypothecam filio pro sua legitima, & ideo erubescimur cū sine lege loquimur, hypotheca, vel expressã, vel tacita cū à iure descendat, vt *tit. C. quibus causis pignus, vel hypotheca tacite contrah* qui eam allegat, debet ostendere, & dicere, quod filius est creditor pro legitima licet tutum nõ sit (adhuc tamen pro vero supposito) non sequitur, ergo habet hypothecam, quia creditor qui,